

Año 41.

Lunes 2 de Julio de 1894.

Núm. 13.



BOLETÍN ECLESIÁSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

EPISTOLA APOSTOLICA

PRINCIPIBVS POPVLISQVE VNIVERSIS

LEO PP. XIII

SALVTEM ET PACEM IN DOMINO

Praeclara gratulationis publicae testimonia, quae toto superiore anno, ob memoriam primordiorum episcopatus Nostri, undique accepimus, quaeque proximo tempore insignis Hispanorum pietas cumulavit, hunc imprimis attulere Nobis laetitiae fructum, quod in illa similitudine concordiaque voluntatum eluxit Ecclesiae unitas, eiusque cum Pontifice maximo mira coniunctio. Videbatur per eos dies orbicatholicus, quasi rerum ceterarum cepisset oblivio, in aedibus Vatis canis obtutum oculorum animique cogitationem defixisse. Principum legationes, peregrinorum frequentia, plenaे amoris epistolae, caerimoniae sanctissimae id aperte significabant, in obsequio Apostolicae Sedis cor unum esse omnium catholicorum et animam unam. Quae